

Vorbemerkung

Der folgende Text ist in angemessenes Deutsch zu übersetzen und durch Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich zu erläutern.

I. Übersetzung

At Romae nondum cognito qui fuisset exitus in Illyrico,
et legionum Germanicarum motu audito, trepida civitas
incusare Tiberium quod, dum patres et plebem, invalida
et inermia, cunctatione facta ludificetur, dissideat
5 interim miles neque duorum adulescentium nondum adulta
auctoritate comprimi queat. ire ipsum et opponere maie-
statem imperatoriam debuisse cessuris ubi principem
longa experientia eundemque severitatis et munificentiae
summum vidissent. an Augustum fessa aestate totiens in
10 Germanias commeare potuisse: Tiberium vigentem annis
sedere in senatu, verba patrum cavillantem? satis pro-
spectum urbanae servituti: militaribus animis adhibenda
fomenta ut ferre pacem velint.
Immotum adversus eos sermones fixumque Tiberio fuit non
15 omittere caput rerum neque se remque publicam in casum
dare. multa quippe et diversa angebant: validior per
Germaniam exercitus, propior apud Pannionam; ille Gallia-
rum opibus subnixus, hic Italiae imminens: quos igitur
anteferret? ac ne postpositi contumelia incenderentur.
20 at per filios pariter adiri maiestate salva, cui maior
e longinquo reverentia. simul adulescentibus excusatum
quaedam ad patrem reicere, resistentisque Germanico aut
Druso posse a se mitigari vel infringi: quod aliud sub-
sidium si imperatorem sprevissent? ceterum ut iam iamque
25 iturus legit comites, conquisivit impedimenta, adornavit
navis: mox hiemem aut negotia varie causatus primo pruden-
tis, dein vulgum, diutissime provincias fefellit.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Z. 8 severitatis et munificentiae
Welche Funktion ordnen Sie dem vorliegenden Kasus zu?
2. Z. 13 fomenta
Nennen Sie Grundbedeutung und Wortfamilie!
3. Z. 19 ac ne ... incenderentur
Äußern Sie sich zur syntaktischen Einbindung dieses Satzes in den Kontext!
4. Z. 23 infringi
Erklären Sie die lautgesetzlichen Voraussetzungen der Wortbildung!